



Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum,
atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus,
excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Tertiam, & Quartam Partem: Quibus, hac nostra editione ab
innumeris mendis repurgata ...

Riccio, Giovanni Luigi

Venetiis, M.DC.LXXIV.

Praxis Novissimæ Speciei dandi coadiutores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98599](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98599)

ex enunciatiuis antiquissimis idest supra centum annos vnionem ipsam sufficientem probari dicit, Par. dec. 204. nu. 1. lib. 2. in correct. qui tamen loquitur de enunciatiua supra annos nonaginta, Seraph. decif. 1272. num. 1. Rot. decif. 724. nu. 3. part. 2. in recent. & fuit decifum in Barchinonen. Vicariæ 9. Februarii 1624. coram R. P. D. Merlino. habent enim tales enunciatiue, ne dum vim famæ, Rot. decif. 163. num. 2. & decif. 472. n. 1. & decif. 541. n. 5. part. 1. in recent. & p. 2. in eisdem decif. 360. n. 4. 673. num. 6. & 674. num. 2. quæ in antiquis plenè probat, vt in terminis vnionis ait Verall. dec. 344. num. 2. & 3. part. 3. & confirmauit, Rot. in d. Barchinonen. Vicariæ 2. Octobr. 1624. coram bo. mem. D. Vbaldo, præcipue si essent enunciatiue factæ simul ab Episcopo, & Capitulo, qui possunt vniui, Mantie. decif. 355. num. 6. & decif. 359. num. 7. Rota dec. 580. par. 2. in recent. quos in his terminis sequitur est Rota in eadem Barchinonen. Vicariæ, quicquid sit vbi processissent ab Episcopo tantum cui non est credendum circa factas à se vniones, Alex. conf. 70. nu. 10. vers. non obtat lib. 3. nisi alia quoque concurrant Illustrissimus D. meus Coccin. decif. 468. n. 3. sed etiam possunt iustificare immemorabilem, vt per eundem Verall. ead. par. 3. decif. 345. n. 2. cum seq. quæ conclusio procedit, etiam si enunciatiue huiusmodi non essent conceptæ in indiuiduo super vnione, sed virtualiter tamen, vt censuit Rota in recent. 1. decif. 626. sub n. 2. vers. quæ enunciatiue.

RESOLVT. DXXXXVII.

1. Diuturnitas temporis facit præsumere interuenisse solemnitates.
 2. Consensus Domini præsumitur interuenisse in alienatione facta per emphyteutam.
 3. Consensus patris præsumitur interuenisse in contractu.
 4. Consensus diocesani præsumitur interuenisse in fundatione Iurispatronat.
 5. Diuturnitas temporis non operatur Ordinarium in suppressione iustificasse causas si ex actis nihil appareat.
- Ad Diuturnitas temporis operetur Ordinarium in suppressione iustificasse causas si ex actis nihil appareat.

PRæsupposito, quod in suppressione facienda per Ordinarium loci requiratur causa articulanda, & concludenter probanda iuxta allegata per nos in superioribus solutionibus facilius posse deuenire, an ex cursu temporis præsumantur dictas causas interuenisse, si in decreto suppressionis nulla fuerit facta de eis mentio, nec concludens probatio.

1. Prima facie videtur dicendum ex diuturnitate temporis causas interuenisse, ex quo solemnitas necessaria per spatium decem annorum in actu interuenisse præsumitur, prout est text. in l. si filius, Cod. de petit. hered. cum alijs, quæ ponit Iaf. in l. si certis annis colum. 3. c. de pact. & in l. sciendum col. 5. in fin. & seq. ff. de verb. oblig. in l. qui aliena colum. 5. & seq. ff. de acquiren. hered. loc. in reg. 376. in 5. fall. Cassan. in conf. 11. colum. 27. Ang. in d. l. sciendum col. 1. in fine Abb. in c. peruenit colum. 2. de empt. & vend. Corn. conf. 144. colum. 1. in fin. volum. 4. Alexand. in d. l. sciendum colum. 4. Curt. senior in conf. 77. colum. 2. Vnde inferitur, vt præsumatur consensum Domini directi interuenisse in alienatione facta per emphyteutam, ita sentit Alex. in conf. 111. Iaf. in l. 1. c. qui admitti.
 3. Inferitur etiam, vt præsumatur in contractu consensus patris statuto, quod filius non possit contrahere sine patris consensu, Bald. in l. si filius, ff. de petit. hered. Alex. conf. 79. Barbat. in conf. 33. Tiraq. de leg. connubial. fol. 222. Goz. in conf. 73. Decius in conf. 722. Corin. conf. 94. ubi dicit, quod ex diuturnitate
- Prax. Aloyj. Ricc. Pars IV.

temporis præsumitur filium adiuisse de consensu patris, sic pariter inferitur, vt in testamento condito à Prælato præsumatur consensus Pontificis præcessisse, Aret. in conf. 6. Alex. in conf. 101. Fel. in c. sicut de re iudiciaria, vbi videtur de illo dicto, & postea soluatur illud Iaf. in l. sciendum, & in l. qui in alienam, Tiraq. loco citato, Mant. in conf. 83. Et à simili ex cursu temporis præsumitur interuenisse consensus Diocesani in constructione Ecclesiæ, vel Cappellæ, quando in ea publicè sunt celebrata Diuina. Imol. in c. officij de testam. Rom. in l. sciendum, Iaf. in l. sciendum, & in l. si certis annis de pactis, Dec. in l. 1. in lect. C. qui admitti, Iaf. in l. qui in aliena, ff. de acquir. hered. Per. de Vbald. in tract. 4. Episc. c. 4. Soc. conf. 1. Roch. in tract. iur. patron. Barb. in rep. Rub. de fid. inst. in rub. C. qui admitti, & in conf. 1. & in conf. 33. Alex. in conf. 101. decif. Neap. 368. Brun. in tract. de for. Pet. in c. sicut de iud. Bar. in c. requisuisti, Soc. conf. 270. Alex. confil. 219. & Alex. in conf. 134. Ruin. in confil. 41.

His tamen non obstantibus contrarium videtur mihi verius, nempe ex cursu temporis non præsumi interuenisse causas in suppressione, & ratio videtur esse: Nam cum causæ concludenter articulanda, & probanda, vt supra diximus, proinde requirant scripturam, & sic absque actis nullatenus probarent, nam vniuersalis actus requirit scripturam, prout in casu nostro, cum solemnitas non præsumatur ex diuturnitate temporis, ita voluit Cassaneus super consuetud. Burgund. fol. 325. colum. 3. Felyn. in c. sicut de re iud. Ruin. conf. 69. volum. 1. & conf. 49. volum. 4.

PRAXIS NOVISSIMÆ SPECIEI
dandi coadiutores.

RESOLVT. DXXXXVIII.

1. S. C. T. sess. 21. cap. 6. tenor.
2. Coadiutores dandi sunt per Episcopos, tanquam Sedis Apostolicæ delegatos parochis imperitis.

Quid disponat circa coadiutores.

1. **S**ACR. CONC. Trid. sess. 21. c. 6. sic ait, quia illiterati, & imperiti parochialium Ecclesiarum Rectores Sacris minus apti sunt officijs, & alijs propter eorum vitæ turpitudinem potius destruunt, quam ædificant; Episcopi, etiam tanquam Apostolicæ Sedis delegati eisdem illiteratis, & imperitis si alias honeste vitæ sint coadiutores, aut Vicarius pro tempore, deputare partemque fructuum eisdem pro sufficiendi victu assignare, vel aliter prouidere possint quacunque appellatione, & exemptione remota, eos vero, qui turpiter, & scandalosè viuunt, postquam præmoniti fuerint corceant, ac castigent, & si adhuc incorrigibiles in sua nequitia perseuerent, eos beneficijs iuxta Sacrorum Canonum constitutiones exemptione, & appellatione quacunque remota, priuandi facultatē habent.
2. Quod Episcopi tanquam Sedis Apostolicæ Delegati Rectoribus Parochialium imperitis, & minus aptis dare debeant coadiutores, vel Vicarius pro tempore, & assignare eis partem fructuum pro sufficiendi victu, vel aliter prouidere, & quod hoc potest Episcopus, etiam in parochijs exemptis propter indentitatis rationem tenet, Zerola in praxi Archiepif. p. 1. verbo parochia §. 7. Regin. in praxi fori penitent. li. 30. tract. 3. nu. 173. Gonzal. ad reg. 8. cancell. glos. §. 9. nu. 29. & 30. resoluit, quod Parochus cui datus est coadiutor propter insufficientiā, non poterit abesse a residentia, & dicit decidisse Sacram Cardinaliū Congregationē in hæc verba propter deputationē coadiutoris, parochus cui datus est coadiutor, non poterit abesse a residentia.

R r 3 In

In tex. ibi (partemq; fructuum) vide Gambar. de offic. delegat. lib. 5. tit. de coadiutoribus num. 11. Gonzal. §. 9. num. 33.

In text. ibi (eos vero, qui turpiter, & scandalosè viuunt) vide Parif. de resignat. lib. 5. q. 6. n. 101.

RESOLVT. DXXXXIX.

- 1 Coadiutor datur parochi propter infirmitatem.
- 2 Coadiutor datur propter senectutem.
- 3 Coadiutor datur leproso.
- 4 Coadiutor quibus in casibus sit dandus numer. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

An alijs casibus præter Sac. Conc. Trident. detur coadiutor.

VLtra disposita in C. T. vt coartentur Episcopi coadiutores dare parochis imperitis dandus est pariter propter infirmitatem, vt probat ex multis Henrici. in cons. 91. & Gonzal. glol. §. 9. n. 20. vbi propter infirmitatem incurabilem mandat Episcopum de coadiutore prouideri c. 1. 7. q. 1. c. 1. c. ex parte eodem tit. de clerico ægrotante, vt quia maiore parte temporis infirmetur iuxta notata in c. nisi cum pridem §. alia vero causa de renunciatione. Veral. de c. 91. par. 2.

2 Et propter senectutem cap. vnico de clerico ægrotante lib. 6. vbi Gemin. n. 5. c. nihil. §. ecce 7. quæst. 1. Rebuff. in prax. tit. de reprob. benef. vinen. impetratione n. 50. Firmian. in tract. de Episcop. lib. 1. q. 3. vbi etiam refert Venerijs nouum Duce creatum, existente adhuc Francisco Fulcaro Duce, iam senio confectio, & inutili Mandos. in regul. 1. q. quinta num. 2.

3 Leproso etiam datur coadiutor c. de rectoribus c. tua nobis de clerico ægrotante c. qualiter & c. seq. c. nihil. & c. sequ. q. p.

4 Dementi quoque, vel furioso datur coadiutor, vt in dict. cap. vnico §. si vero, & ibi communiter Doctores de clerico ægrotante lib. 6. Bertachin. in tract. de Epif. 2. par. lib. 4. num. 24. Nauar. consil. 3. nu. 2. de clerico ægrotante.

5 Et ei, qui linguæ officium amiserit, vt in paralitico c. fin. eod. tit. de clerico ægrotante c. vnico §. si vero eod. tit. lib. sexto.

6 Item propter negligentiam, & remissionem illius, qui præst. datur coadiutor in Regno c. 2. de supplen. neglig. Prælator. lib. 6.

7 Item propter populi numerositatem auctam prouidendum est rectori de coadiutore, Cæsar. de Grassis decil. vnica de parochijs.

Similiter, quando est suspectus de dilapidatione bonorum Ecclesie. Speculator in tit. de inquisitione. §. nunc videndum num. 4. & 5. Abb. in c. venerabili not. 4. de officio delegati, & in c. licet heli nu. 8. de simo. Mandos. in reg. 1. de reuocat. refertur. 95. n. 6.

8 Item præfili ab hostibus capto coadiutor datur in spiritualibus, & temporalibus c. si Episcopus de supplenda neglig. Prælatorum in 6. clem. 1. de for. cōpeten. Rebuff. in tract. de nominationibus quæst. 6. n. 27. & in praxi vbi sup. n. 60.

9 Item si sit inhabilis, vel illiteratus, vt non possit muneri sibi iniuncto incumbere cap. quoniam vers. sed si propter, vbi Hottien. num. 1. Abb. nu. 2. de officio ordinari. Zabarell. cons. 70. nu. 1. & hodie expressè remouetur a Concil. Trident. c. 6. sess. 21. Mandos. in praxi signature gratia tit. coadiutoris. Tamen coadiutus, tunc abesse non poterit, ne sit melioris conditionis stultus, quā illiteratus c. eum, qui de rebend. vt censuit Sac. Conc. Trid. Congregatio. 7. in dixi, propter deputationem coadiutoris parochus cui datus est coadiutor non poterit abesse a reuerentia.

10 In his, & alijs similibus casibus datur coadiutor cōtemplatione Ecclesie, & ipsius Prælati, & beneficiati, vt coadiutor exerceat officium illius, qui non potest, ne pro defectu Pastoris gregem Dominicum inuadat lupus rapax, aut in facultatibus suis Ecclesia, quasi viduata graue patiatu detrimetam c. ac pro defectu de electione.

11 Et quia non esset iustum, vt Episcopus ex causis supra relatis priuaretur, prout priuari non potest, quia afflictio non est danda afflictio c. cum percussio 7. q. 1. c. ex parte de clerico ægrotante ca. vnico eodem tit. lib. 6. Nauar. consil. 1. de clerico ægrotan. Alex. in ca. pastoralis num. 2. 7. quæst. 1.

12 Et tali coadiutori sunt ministranda expensæ necessariae pro eius sufficienti victu ex fructibus beneficii ipsius coadiuti c. de Rectoribus in fin. cap. tua nos de clerico ægrotante c. vnico ante finem, ibi de præuentibus Prælatorum, ad quorum assumentur auxilium sumptus recipiant moderatos eodem tit. in 6. l. 18. in fine tit. 16. par. ita prima, Concilium Tridentinum sess. 21. c. 6. ibi partemque fructuum eisdem pro sufficienti victu assignare, Gambar. de officio legati lib. 5. tit. de coadiutoribus num. 11.

RESOLVT. DL.

1 Collatio parochialis facta penitus illiteratis est inualida.

Collatio parochialis facta penitus illiterato, an possit declarari nulla ipso iure.

PRo sententia affirmatiua facit text. Concilij Tridentini in cap. 4. sess. 22. de reformat. in fine, qui irritam pronunciat omnem prouisionem illi factam, qui atatem, & ceteras habilitates integrè non habuerit, ex quo ponderato verbo illo, integrè colligitur prouisionem esse nullam factam, tam penitus illiterato, quam carenti integra ad collatum beneficium scientia, quod ex diametro videtur contrariari dispositioni eiusdem Concilij in dict. c. 3. quatenus præcepit, vt beneficia personis dignis, & habilibus conferantur, & in fine in hæc verba prorumpit, aliter autem facta collatio, & prouisio omnino irritetur.

2 Quam opinionem firmarunt nonnulli, quos refert Barbof. de potestat. Episcop. quæst. 63. vt collatio parochialis facta penitus illiterato sit inualida, & irrita per text. & glol. in c. 1. distinct. 36. & in cap. precipuus dist. 34. resoluunt Rebuff. in tract. de pacificis possels. num. 15. alias 260. Flam. de resignat. lib. 4. c. 1. nu. 19. & lib. 5. quæst. 3. num. 76. Carol. de Grass. de effect. cleric. in præl. 1. num. 71. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 6. quæst. 3. cum sequentibus, & c. 26. quæst. 1. 1. Less. lib. 2. de iustit. c. 34. num. 129. Nauar. de orat. miscel. 40. num. 8. & miscel. 33. num. 7. multos refert, & sequitur Nic. Garz. de benefic. par. 7. cap. 7. num. 12. & illi subscribit Campan. in diuert. iuris canon. rub. 11. cap. 14. nu. 5. illiterati enim sunt incapaces beneficiorum cap. illiteratus distinct. 36. ca. penitentes, dist. 55. Hoieda de incompatibil. benefic. part. 1. capitul. 24. num. 25. Flamin. d. q. 3. num. 25. Car. de Grassis de prælud. num. 72.

3 Limita primo suprapositam conclusionem, & declara illam solummodo procedere in illis, qui sunt penitus illiteratis, quia tunc prouisio illis facta non est ipso iure irrita, sed venit irritanda ex Concil. Trident. sess. 22. de reformat. cap. 3. ibi omnino irritetur, poterant enim interea addiscere, & necessariam acquirere scientiam, quod si non facerent, quam primū commodè potuerint, peccarent, teste Nauar. in c. si quando except. 18. sub num. 4. de rescriptis. illudque dimittere tenerentur, & fructus interea perceptos restituere, prout ex Quintam ad Azor. & Arag. resoluunt Campan.

Campan. d. c. 14. num. 1. & hoc casu cogi poterunt illud renunciari, & relaxari. Flamin. lib. 3. quæst. 18. n. 20. & 21. Grassi. dict. prælud. num. 70.

- 4 Limita secundo in illiteratis, qui aliis honestæ vitæ sunt ob causam quoad obtenta tolerari possunt, scilicet, si ex longo usu, & rerum experientia sciunt rectè exercere omnia ad suum officium spectantia, vel si charitatis perfectio, scientiæ defectum suppleat, vt probat Campan. in diuersorio iuris Canon. rubr. 5. c. 5. n. 3. His etenim dare debent Episcopi, etiam tanquā Sedis Apostolicæ delegati coadiutores, vel Vicarios pro tempore, & assignare eis partem fructuum pro sufficienti victu, vel aliter prouidere, vt disponit Sacri. Concil. Trident. sess. 21. de reformat. cap. 6. & tenent Francisc. Leo in prax. for. Ecclesiast. par. 2. c. 2. nu. 71. Reginald. in praxi for. penit. lib. 30. tract. 3. num. 172. Gonzalez ad reg. 8. Cancell. glot. 5. §. 9. num. 29. Gar. de benefic. par. 4. c. 5. a num. 7. & nos in praxi fori penitent. decis. 574. in prima editione, & resolut. 494. in secunda editione prax. Episc. Zerol. par. 1. verb. parochia, §. 7. vbi propter identitatis rationem aliter procedere in parochijs exemptis.

RESOLVT. DLI.

- 1 Archidiaconus est Vicarius Episcopi ordinatus à lege, & vniue non potest.
- 2 Vnio beneficii inter ardua, & est contentiosa iurisdictionis, vt n. 3.
- 4 Coadiutoris datio fieri non potest à Vicario, vt n. 5.

An Deputatio coadiutoris virtute S. C. T. parochio imposito possit fieri a Vicario.

- 1 Quid Vicarius talem facultatem non habeat, videtur hinc primo suaderi, quod Archidiaconus fit Vicarius Episcopi ordinatus à lege cap. 1. extr. de offic. Archidiacon. & nihilominus non possit vniue, vt docuit Innocen. in c. ad hanc sub num. 1. in verbo ardua eodem tit. de officio Archidiacon. ergo neque habebit hanc facultatem Vicarius hic Generalis, ita inferendo arguit Geniui. qui hanc opinionem tenuit in consil. 38. num. 10.
- 3 Præterea vniue beneficia reputatur inter ardua dicto c. sicut vniue, ardua autem non veniunt in mandato generali, ita Gemin. vbi supra, & post ipsam sententiam hanc probauit Rota apud Puteus decis. 52. n. 2. lib. 3.
- Vnde neque censetur, hæc potestas data Vicario si post facultatem conferendi, sit adiecta clausula potestatis faciendi maiora expressis iuxta reg. qui ad agendum de procurat. in 6. & hanc opinionem probauit Rebuff. in prax. tit. de forma Vicarij n. 102. Hoyed. de benefic. incompat. par. 2. c. 3. n. 7. versic. non est etiam omittendum cum alijs, quos citant Sbroz. de officio Vicarij lib. 2. quæst. 115. nu. 3. Gratian. cap. 278. num. 33.
- 4 In contrarium facit, quod vniue fit de iurisdictione ordinaria, & quidem contentiosa cum actus unionis subsistente causa exerceatur in inuitum l. 2. ff. de officio Proconsul. omnia vero, quæ sunt de iurisdictione ordinaria transeunt in Vicarium Generalem. Felyn. in c. eam te num. 17. in princip. de rescript. cum alijs per Sbroz. dict. lib. 2. q. 52. n. 2.

Et quamuis possit controuerti, an sit de iurisdictione voluntaria potius, quam de contentiosa, ex quo potest expediri extra iudicialiter, nec attenditur in contingentia contradictionis, & consecutina expeditio actus in inuitum, vt in simili videmus manumissionem esse actum voluntariæ iurisdictionis, & nihilominus aliquando reddi in inuitum l. vlt. §. sint autem libertatis, & §. licet enim C. de testam. manum. constat nihil.

Prax. Aloys. Ricc. Pars IV.

lominus Vicarium ex Generali deputatione confectum, qui etiam exercitium voluntariæ, Felyn. in c. ex parte in vltim. col. vers. non obstat, quod ea, quæ sunt voluntariæ de constit. ita Mohed. decis. 3. de offic. Vicar. quicquid in contrarium scripserit Mil. in verb. Vicarius Episcopi.

- 5 Cuius conclusionis ratio est, quoniam coadiutoris datio spectat ad solos Episcopos, exclusis alijs inferioribus Prælatiis, vt per Barbof. cit. loc. n. 7. & sequentibus, nec illius dationem censi comprehensam in generali commissione Vicariatus tenuit Sbroz. de offic. Vicar. lib. 2. quæst. 112. num. 2.

RESOLVT. DLII.

- 2 Coadiutoris datio facta ab Ordinario vigore S. C. T. non est attentata si fuerit executata post appellationem.

Coadiutoris deputatio facta ab ordinario vigore C. T. an sit attentata si fuerit executata post appellationem.

- 1 Per text. in c. non solum de appellationibus in 6. videbatur concludendum supradictam coadiutoris deputationem fuisse attentatam, ex quo omnia acta post appellationem, vel pendente termino ad appellandum, attentata dicuntur per text. vbi supra. Mohed. in decisione 150. n. 2. quid in decisione 104. Rota in decisione 22. Aug. in epitim. de sequestrat. §. 3. cap. Aquei. in decisione 70. & decisione 157. par. 3. Puteus in decisione 414. p. 3. & fuit sapius in Rot. resolutum.
- 2 Ceterum contrariam sententiam fertur tenuisse Rotam in proprio casu in vna Detruden. Archipresbyteratus 16. Nouembris 1594. coram Pennia, vbi fuit dictum deputationem coadiutoris factam ab Ordinario vigore Decret. ca. 6. sess. 24. non esse attentatam, etiam si sit executata post appellationem interpositam à sententia eius, qui iudicialiter processit.
- Ratio est quoniam per dictum Decretum Sacri. Concilio tollitur appellatio ad effectum suspensionum tantummodo, sed non deuolutium, vt censuit Sacra Congregatio, atque appellatio poterit interponi ad Metropolitanum, non obitante, quod procedat tanquam Apostolicæ Sedis delegatus, nisi quando procederet contra exemptum, vt delegatus, quia tunc esset ad Sedem Apostolicam interponendam, ita Garz. quem refert, & sequi. Barbof. vbi sup. n. 11. & sequent.

RESOLVT. DLIII.

- 1 Scientia maior requiritur in Parochijs, quam in Canonici.
- 2 Imperitus, quis dicatur, ut ei dari possit coadiutor.
- 3 Imperitia remittitur arbitrio Iudicis.

Parochus, quo casu dicatur imperitus, vt fit ei deputandus coadiutor vigore Concilij.

- 1 Cvm in parochijs requiratur maior scientia, quam in Canonicatibus, & obtinentibus beneficia simplicia, ex quo cura animarum dicatur ars artium cap. pen. de etate, & qualitate cap. nihil de electione, cap. indecorum sup. cit. tit. nam cum parochianos confiteri teneatur, & scire, & distinguere inter lepram, & lepram, peccatum, & peccatum, & euangelium declarare maior in eis, quam in alijs requiritur scientia, Staphil. de literis gratiæ §. seita forma num. 2. Nauarr. in manual. cap. 2. num. 2. idem Nauarr. in ca. caueant. num. 19. & seq. de penitentijs, Parisius lib. 1. de resignatione quæst. 2. nu. 27. Concilium Trident. sess. 5. cap. 2.
- 2 Propterea ego crederem dici imperitum ad effectum deputandi coadiutorem vigore Conc. Trid. quoties esset.

Rr 4 per-

persona inhabilis ad explorandum ea, quæ incumbunt muneribus, ac oneri beneficii, quod habet, & secundum dignitatem, statum, & officium, ad quod assumitur, ut in cap. 1. & per totum 23. distinctione, Innoc. in ca. cum in tantis num. 1. in princip. de electione, Hostien. num. 8. & 9. Butr. num. 11. Abb. num. 4. vers. quia ut dixi, Decius num. 16. ibid. Felynus in cap. per tuas, num. 2. de simonia. Nauarr. in c. si quando, exceptione 14. num. 1. & per totam de rescript. Menoch. d. casu 425. ex num. 47. cum seq.

Nam turpe est alicui ignorare artem in qua versatur l. 2. §. feruius, ff. de origine iuris, Specul. tit. de aduocato §. 1. n. 33. l. si vero 13. §. si iudex, ff. de adulteriis, leg. professio tua, Cod. de muneribus patrimoniorum li. 10. c. cum sis de conuersione coniugatorum, Sarmientas lib. 3. selectarum c. 12. Nauarr. in c. 1. §. sacerdos n. 1. de penitent. distinct. 6. & verendum est aliorum ex manibus querere, quod apud se inuenire debet, Innoc. in d. c. cum in cunctis sub n. 1. post principium de electione, & Ioan. Andreas num. 9. plura in proposito tradit Gomezius in regula de subrogandus q. 7. num. 9. vers. nam ut dicit text. & num. 10.

- 3 Qua propter totum hoc relinquitur arbitrio Iudicis, Innocentius in dicto c. cum in cunctis num. 1. Hostien. num. 15. ad finem, Ioan. Andreas num. 12. de Butrio num. 11. Abb. num. 4. Vitalinus in Clementina prima num. 46. de etat. & qualitat. Nouar. in d. cap. si quando exceptione 11. num. 6.

RESOLVT. DLIV.

- 1 Parochus imperitus, & scandalosus est priuandus.
- 2 Parochus concubinaris, ut priuari possit ter monendus.
- 3 Parochi concubinatus est probandus, ut priuari possit.
- 4 Publica fama concubinatus non est concludens probatio.
- 5 Concubinatus quomodo probetur.

An parochus imperitus sit dandus coadiutor, si præter imperitiam addit vita scandalosa.

- 1 IN supradicto casu non est dandus coadiutor, sed priuandus est parochialis iuxta Concil. Trid. ad quæ tamen effectum, etiam si concubinatus sit publicus, requiritur trina monitio, ex quo postea consistit de perseverantia in concubinato, iuxta formam Conc. Trident. sess. 25. c. 14. de reformat. & tenuit Rota in allegata Tullen. Monasterij S. Mansueti 27. Ianuarij 1597. coram Penia, quam monitionem, & perseverantiam esse necessariam, etiam de iure, ut possit quis puniri tenet Diaz in practica crim. canon. c. 73.
- 2 Sed aduertendum est, quod ad probandum concubinatum ad effectum priuationis, necessaria est plena, & concludens probatio, etiam si ciuilitate agatur, quod regulariter verum est in omnibus delictis, in quibus agitur ad priuationem, ut per gloss. in c. veniens il 1. vbi Abb. n. 4. & Dec. num. 8. de testibus, Alciat. conf. 2. num. 41. tom. 1. lib. 1. Natta conf. 299. nu. 1. in fine, vers. quia responderetur lib. 2. & hanc sententiam Rota amplexa est in multis causis, & præsertim in vna Calaguritana confidentia 25. Jun. 1593. coram Pamphilio, & in allegata Tullen. Monasterij.
- 3 Ex quibus inferitur ex testibus deponentibus de publica voce, & fama non oriri legitimam probationem, Mohed. decis. 167. alias quarta num. 2. de probat. Cessar. de Grassis 187. alias 2. de accusat. Verall. decis. 8. p. 2. Gabr. de probat. concl. 1. n. 13. & in terminis publici concubinatus, quod non probetur per testes de publica voce, & fama extat decis. Rot. 60. in manuscriptis incipien. die 15. Nouembris in vna Perusina, per doctrinam, Felyn. in c. super his de accusat. & ratio est, quia quando agitur de crimine, etiam ciuilitate intentata fama, nec etiam semiplenam probationem

facit, Bald. in c. tam literis num. 1. de testibus, Butr. c. veniens n. 10. & ibi Abb. n. 9. de testibus, Natta confil. 18. num. 13. lib. 1. Verall. decis. 8. num. 2. p. 1. Sed delictum solum operatur inditum, Marfil. in leg. de minore §. plurimum n. 30. ff. de quaest. Aret. confil. 153. incip. in ista causa num. 12. lib. 4. idem Marfil. confil. 3. incip. sapere, ac sapius de re iudic. num. 5.

- 5 Verumtamen testes de publica voce, & fama eo casu, quo alijs concurrentibus ad probandum hoc delictum admittuntur, debent explicare a quibus personis huiusmodi fama habuerit originem, hoc est, quod audierunt a viris bonis, & honestis. Nam cum ab inimicis, & maleuolis, etiam oriri ea fama potuerit, tamquam vana populi vox spernenda esset c. in cunctis 11. quest. 3. c. qualiter, & quando il 2. vers. non quidem a maleuolis de accusat. Marant. art. 6. num. 18. vers. vltra predictas rationes, & hanc opinionem passim Rota tenet, ut per Achil. decis. 322. alias 8. num. 4. de iure patronatus, & fuit decilum in vna Calaguritana confidentia coram Penia die 14. Decembris 1592. quod optima ratione comprobatur, quia cum fama succedat loco accusatoris dict. cap. qualiter, & quando de accusat. & c. licet. Heli se simon. & notat gloss. in c. 1. in verbo inquirere de officio iudicis, sicut non adhiberetur fides accusatori, vel denunciatori maleuolo, ita nec ei fama credendum est, quæ vel a maleuolis fuerit orta, aut incertum est, an a talibus originem traxerit.

Præterea cum ob concubinatum non inducatur ipso iure beneficiorum priuatio, ut supra dictum fuit, testes debent etiam deponere de perseverantia in concubinato post legitimas monitiones.

Item probare debent concubinatum, cum qualitatibus de iure ciuili requisitis, videlicet cum continua cohabitatione, & communi lecto, & mensa, Aym. confil. 368. num. 1. Natta confil. 474. num. 42. & 43. li. 2. Præposit. in rubric. de sponsal. num. 5. gloss. in l. concubinam, vbi Dyn. ff. de concubin.

- 6 Sed Rota non tueretur hanc opinionem, sed aliam amplectitur, quam tenet Diaz, in practica crim. canon. c. 79. in princip. vers. concubinarium insuper, vbi illum clericum concubinarium recte dici, & esse putat, qui etiam in aliena domo suam sceminam habet cui solet carnaliter commisceri, si de consuetudine consistet, & diffamatus est in sua, vel ipsius sceminæ vicinia. Unde sequitur, quod quamuis consistet de liberorum procreatione, non tamen concludenter probetur concubinatus, tum quia ex simplici fornicatione, & ex vino, tertiove accessu ad mulierem filij procreari possint, cum non curetur hoc esse, quod potest non esse, cap. in præsentia de probat. l. non hoc, Cod. unde cognat. Tum quia ex liberorum existentia, non inferitur ad concubinatum de tempore præsentis, quia licet clericus ex concubina olim filios procreauerit, nihilominus potest esse, quod deinde impudicam sceminam a suo consortio abdicauerit.

PRAXIS STATUS BENEFICIALIS, eiusque mutatio.

RESOLVT. DLV.

- 1 Possessio vltima attenditur in consideranda qualitate beneficii etiam curati.
- 2 Beneficium ex vltimo statu potius collatum, quam manuale præsumitur.
- 3 Status vltimus attenditur, an cappella sit beneficium Ecclesiasticum.
- 4 Præsentatus ab eo, qui habet vltimum statum præsentandi quibus præfertur.

An